Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31300
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Autori. iiij. et. v. ethicorũ

¶Sequuntur auto. iiij. ethicorũ Aristo.

LAus ⁊ gratiarum actio debetur danti ⁊ non accipienti
Maior virtus est bona opari q̃z turpia non operari
Virtuosus bene vtitur q̃buscũq̃z Dare ⁊ non accipere ē liberalitas
Pulchritudo semper est in magno corpore. vñ parui formosi dici possunt. non autem pulcri
Maximũ bonorum exteriorum est honor
Prauus honore non est dignus Honor ē premium virtutis.
Solus bonus ē honorandus fm virtutem
Virtuti perfecte non fit honor dignus.
Non irasci in quibus oportet insipientis est Et ergo Stoici hominem constituentes truncum aberrant. Nec Licero in primo libro officiorum Aristotilem intellexit.
Iniuriantem sustinere ⁊ seruilem siue familiarem decipe. seruile est.
Decipe ē seruile malum Malum seipsum destruit.
Malum si integrum fuerit im portabile erit.
Qualis vnusquisq̃z ē talia dicit. talia operatur. ⁊ taliter viuit Sic poete et Astrologi in quibus lux veritatis sepeliri solet poetice et astrologice loquuntur et degunt
Omne mendacium est fugiendum Verum bonum ē laudabile.
Verax lãudandus est. mendax autem vituperandus
Jactator maxime ē vituperandus. vt prisci poete ⁊ oratores
Verecundia ē timor ingloriationis.
Requies ⁊ ludus in vita videntur esse necessaria
Verecundia non conuenit omni etati sed iuuenili. vnde iuuenes verecundos laudamus. senem autem verecundum vituperamus. q̃z senex cauebit id de quo verecundabitur.

¶Sequuntur autori. quinti libri ethicorũ.

SJ vnum oppositorum dicitur multis modis. ⁊ reliquum
Que simpl̃r sunt bona hoĩbus pro his orant ⁊ illa q̃rũt.
Preclarissima virtutum est iusticia scilicet legitima. vñ prouerbio dicitur. neq̃z hesperus neq̃z lucifer ita mirabilis sicut iusticia.
Principatus virum ostendet.
Pessimus ē ille qui non soluz vtitur malicia ad se sz etiã ad alios
Optimus ē ille q̃ nõ solũ vtit̃ boitate. i. ꝓtute ad se. sz etiã ad alios
Duplex ē iusticia. scz totalis ⁊ ptialis. Partial' est duplex. s. cõmutatiua ⁊ distributiua Commutatiua ē duplex. s. voluntaria ⁊ nõ voluntaria Non voluntaria ē duplex. s. occulta et manifesta occulta vt furtum adulterium. manifesta vt vincula ⁊ verbera
Minus malum est magis elegibile maiori malo.

Totalis
Iusticia duplex
particularis duplex
Commutatiua duplex
Distributiua
Voluntaria
Non voluntaria duplex
Occulta vt furtum adulterium
Manifesta vincula & verbera